

Eine Instruktion für Laurentius Hochwart als bischöflichen Gesandten zum Konzil von Trient

Von Jürgen Sydow

Nach der Unterbrechung des Konzils von Trient infolge seiner Verlegung nach Bologna im Jahre 1547 war die Tätigkeit dieser für die gesamte neuere Kirchengeschichte so wichtigen Kirchenversammlung zum Erliegen gekommen. Erst Papst Julius III. berief wieder für den 1. Mai 1551 das Konzil erneut nach Trient, doch stellten sich die Kirchenfürsten nur sehr langsam wieder dort ein. Auch der Regensburger Bischof Georg Marschall von Pappenheim (1548—1563), der wegen der schwierigen Lage in seinem Bistum nicht persönlich kommen konnte, entsandte dorthin am 27. Dezember 1551 den Domprediger und Domherren Laurentius Hochwart, den bekannten Geschichtsschreiber des Regensburger Bistums¹, in die Konzilstadt. Hochwart selbst berichtet in seinem Geschichtswerk² nur kurz von dieser Mission, doch hat uns der Nachfolger Gemeiners als Leiter der Kreisbibliothek, der ehemalige Mönch von St. Emmeram Pater Maximilian Pailler³, seine Instruktion vom 24. Dezember 1551⁴ in Abschrift erhalten. Pailler bezeugt ausdrücklich die Richtigkeit seiner Abschrift, die auch heute noch in der Staatlichen Bibliothek (Kreisbibliothek) unter der Signatur Rat. ep. 410 aufbewahrt wird; das Original ließ sich weder im Ordinariatsarchiv Regensburg noch in den Regensburger Beständen des Bayerischen Hauptstaatsarchivs München ermitteln.

¹ Über ihn vgl. Allgemeine Deutsche Biographie XII 529/30; Wilhelm Rohmeyer, Die geschichtlichen Werke von Lorenz Hochwart, VO. 80 (1930) 149—172; F. Heidingsfelder in Lexikon für Theologie und Kirche V 89.

² Episcoporum Ratisbonensium Catalogus l. III, bei Andreas Felix Oefele, Rerum boicarum SS. I (Augsburg 1763) 238.

³ Über ihn vgl. die Leichenpredigt von Hermann Wein (Regensburg 1848). Pailler wurde am 30. Nov. 1779 in Regensburg geboren, studierte hier zu St. Paul und trat 1796 in St. Emmeram ein, wo er am 4. Sept. 1803 — kurz vor der Auflösung des Stiftes — zum Priester geweiht wurde. Bereits 1804 stellte ihn Dalberg als Professor in St. Paul an, wo er bis 1819 wirkte; von 1824—1847 war er als Nachfolger Gemeiners Bibliothekar der damals sog. Stadtbibliothek (später Kreisbibliothek) und starb als letzter Kapitular von St. Emmeram am 28. Juni 1848.

⁴ Aus der Diskrepanz zwischen der Überschrift der Instruktion und dem Datum ergibt sich klar, daß die bischöfliche Kanzlei damals noch den Weihnachtsanfang des Jahres beobachtete.

Die Instruktion Bischof Georgs für Laurentius Hochwart gibt ein recht eindrucksvolles Bild der kirchlichen Lage im Bistum und verdient daher eine Veröffentlichung. Seit 1542 herrschte ja in der Stadt die Reformation und der Rat hatte die geistliche Jurisdiktion an sich gerissen. Der Bischof erwähnt seine diesbezüglichen Schritte vor dem Kaiser und dessen Kommissar im Jahre 1547⁵. Ebenso verweist er auf die vom Rat durch den Vertrag vom 24. August 1528 geforderte Zahlung von jährlich 200 Gulden⁶, die einmal durch die Privilegien der Regensburger Kirche und den Reichstagsabschied von Augsburg 1530 hinfällig sei und zum anderen nur bis zu einem allgemeinen Konzil gezahlt werden sollte.

Aber nicht nur in der Stadt Regensburg, sondern auch im übrigen Bereich des Bistums herrschte eine verzweifelte Lage. Die Städte zogen die geistlichen Benefizien an sich bzw. verkauften sie, so daß auch sie eine städtische Kirchenhoheit begründeten, ganz abgesehen von den Fällen, in denen vor allem Hauskapellen profaniert wurden. Der Bischof klagt auch darüber, daß die Städte in die Ehegerichtsbarkeit eingriffen.

Dem Bischof liegt vor allem am Herzen, einen tüchtigen Priesternachwuchs heranzuziehen, wofür er besondere Dispensationsvollmachten für geeignete Kandidaten, die kirchenrechtliche Hindernisse aufweisen, erbittet, wie er auch in anderen, einzeln aufgeführten, Fällen um erweiterte Vollmachten einkommt, um der schwierigen Lage zu entsprechen. Er wendet sich auch gegen die Auflagen, die von seiten der Fürsten bei der Verleihung von Pfarreien und Pfründen gemacht werden.

Abschließend geht Bischof Georg von Pappenheim auf die Zustände in den Schottenklöstern St. Jakob und Weih St. Peter in Regensburg ein, deren Disziplin damals sehr zu wünschen übrig ließ⁷. Außerdem berichtet er, daß der Kaiser Karl V. das Dominikanerinnenkloster Pettendorf, das zu Heilig-Kreuz in Regensburg gehörte, seinem Beichtvater, dem Dominikaner Petrus de Soto⁸, für die von diesem mitgegründete Universität Dillingen vermacht habe, und fordert dessen Rückerstattung. So gibt diese Instruktion ein lebendiges Bild von der

⁵ Vgl. Leonhard *Theobald*, Die Reformationsgeschichte der Reichsstadt Regensburg II (Nürnberg 1951) 126.

⁶ Leonhart *Widmann*, Chronik von Regensburg, Chroniken der deutschen Städte XV (Leipzig 1878) 84.

⁷ Vgl. darüber Gustav Adolf *Renz*, Beiträge zur Geschichte der Schottenabtei St. Jakob und des Priorats Weih St. Peter in Regensburg (Raigern 1897) 13/14; Hans *Meier*, Das ehemalige Schottenkloster St. Jakob in Regensburg und seine Grundherrschaft, VO. 62 (1911) 92/93; Karl *Busch*, Weih-Sankt-Peter, XIII. Jahresbericht des Vereins zur Erforschung der Regensburger Diözesangeschichte (1939) 226—228.

⁸ Über ihn F. *Stegmüller* in LThK IX 683.

Lage im Bistum Regensburg um die Mitte des 16. Jahrhunderts und verdient ein eingehendes Studium.

Instructio Reverendissimi pro domino Laurentio Hochwart ad Concilium generale Tridentinum Lunae 28 Decembris hinc a Ratisbona Innocentium sexta profecto a nativitate Domini 1552.

Abschrift des 19. Jhs., Regensburg Staatl. Bibliothek (Kreisbibliothek) Rat. ep. 410.

Instructio pro nostris nuntiis oratoribus seu legatis ad sacrosanctum universale concilium, Calendis Maiis Tridenti reintegrandum, mittendis, juxta quam non tam negotia totius Reipublicae Christianae, quam universae nostrae Dioecesis Ratisponensis, ac ecclesiarum animarumque nostrae pastorali curae commissarum, summa, qua par est, diligentia, agere et consultare debent, prout de eorum industria eruditione et prudentia plurimum confidimus, et ex sese optima quaeque pro communi bono consulturos speramus.

Simulatque oratores nostri cum mandato nostro Tridentinum ad sacrum oecumenicum concilium pervenerint, ibi suam praesentiam una cum nostro mandato sanctissimi Domini nostri praesidentibus seu locum tenentibus praemissa nostra honorifica salutatione loco et nomine nostro exhibeant, venerationem et reverentiam quam sacrosanctae sedi, uti decet, debemus cui etiam per omnia et in omnibus cupimus esse obsequentes et morigeri, quam humillime exponant.

Causas nostrae absentiae et pericula, quae procul dubio hoc statu rerum evenire possent, si ab ecclesia et dioecesi nostra brevi tempore nos abesse contingeret, reverendis dominis praesidentibus ac patribus reliquis bona fide et diligentia ac etiam sacramento in animam nostram, si opus fuerit, praestando, propagant, deinde sedulo exponant, quibus quantisque studiis Senatus et communis civitatis Ratisbonensis religionem nostram catholicam et ecclesiae sacrosanctae auctoritatem, contentis interim verae pietatis studiis, universo item sacerdotum ordine, erga quem inexstinguibili quodam odio atque malitia flagrare videntur, suppressere conantur, subinde alium atque alium sacramentorum usum, quam ecclesia catholica instituit, cum omni fere spirituali jurisdictione sibi usurpantes. Nos vero quam gravem et fortem ut vigilantem pastorem decet, propugnationem contra eos sustinuerimus et etiamnum sustineamus, actiones nostrae coram sacra Caesarea Majestate, deinde coram illius commissario institutae et adhuc indecise pendentes abunde declarant. Studeant praeterea nostri omnibus modis se sanctorum patrum, qui concilio intererunt, decretis, in his in primis, quae Christi gloriam, deinde ecclesiae Chatholicae salutem, tranquillitatem et concordiam, denique pacem erga hostes fidei respiciunt, conformare, nocentissimas sectas et earum auctores et principes ad unionem orthodoxae fidei sacramentorumque omnium reducere, totius denique universalis ecclesiae augmentum, commodum et pacem procurare. In aliis vero, quae politicum ejusdem ecclesiae statum et ordinationem sive etiam ceremonias respiciunt, nunquam ab oratoribus metropolitanis, nostrorumque fratrum coepiscoporum Salceburgensis provinciae et eorundem consultationibus deflectant, sed se illis per omnia conformes exhibeant.

In suffragiis dandis omnem adhibeant curam, ut possint obtinere vocem (ut vocamus) decisivam ac non solum consultivam, quandoquidem nos praeter caeteris coepiscopus nostris ab hoc hominum genere potissimum turbamur, qui a Catholica unione dissidentes omnem ecclesiae dignitatem, omnia divina, humanae instituta nocentissimis suis doctrinis evertere conantur, quorum haud exiguus numerus in nostram Dioecesim tacite subrepsit, qui auctis viribus nunc magnam ecclesiae piorumque ruinam secum trahunt et ad orci

praecipitum ducunt, et procul dubio magis magisque ducent, ubi intellexerint, nos a nostra sede episcopali occasione concilii abfuturos.

Caeterum si de sessione et loci praerogativa orietur questio, noverint nuntii nostri se ad latus reverendi et illustris principis Henrici comitis Palatini ac Bavariae inferioris ducis, administratoris Frisingensis amici nostri charissimi, aut illius oratorum sedere oportet.

Collocata aliquantisper christianae Reipublicae nave, veluti in tranquillum tutumque portum aliquem, nostri oratores se ad gravamina tam ecclesiae quam dioecesis nostrae simulque omnium clericorum nostrorum, in primis vero, quae nos ipsos concernunt, una cum illis, quae Salceburgensis provincia in justum quendam librum conscripsit, convertant ac desuper cum aliis coepiscoporum consiliariis et nuntiis prorsus tollenda, si fieri poterit, et ne facile in posterum repullulent, exquisita remedia excogitent et inveniant.

Non ignorant oratores et legati nostri clerum nostrum Ratisponensem ad praestationem annui tributi ducentorum florenorum a senatorio ordine civitatis Ratisponensis metu illo, qui in constantissimum virum adire possit, coactum et compulsum fuisse, quae quidem contributio vel potius exactio, hactenus magno nostro nostrorumque incommodo persoluta est et etiamnum persolvitur. Cum autem eadem non diutius, quam ad futurum aliquod generale concilium ex pacto promissa sit, volumus propter conditionis istius adjectionem, ut nuntii nostri pro exoneratione tanti gravaminis in hoc concilio summa contentione laborent, quo clerum nostrum a diutina illa et molestissima ducentorum florenorum exactio (uti omni jure par est) liberent, huc adducens ecclesiae privilegia, jura et immunitates, a summis pontificibus et caesaribus communibus vero nostris antecessoribus concessa et praesertim decretum Caroli quinti Imperatoris Catholici et omnium statuum imperii comitiis tricesimo anno Augustae habitis emanatum.

Nonnulla oppida nostrae dioecesis in vilipendium et contemptum laudatissimi sacrificii missae temerario quodam ausu omnes census, redditus et proventus vacantium beneficiorum et quorum possessores non resident ad manus suas praeripiunt, hoc praetextu seu specie boni, quod ex iisdem fructibus domos, aedificia et praedia ad ipsa beneficia spectantia reficere et in decenti structura conservare velint, cum tamen nihil horum omnino praestent neque foundationi, quoad cultum divinum satisfaciant. Etsi beneficiati absentes per substitutos suos missarum solemnia caelebrare et, quae officii eorum sunt, adimplere studeant, nihilominus tamen propterea quod veri possessores absentes censentur, neuter ullum ex beneficio fructum consequitur, hoc est neque institutus neque substitutus in beneficio. Quinimo, ut nobis tamquam ordinario de administratione sua calculum seu rationem ponant, nulla persuasione adduci possunt, quod exemplum principes ac nobiles multique alii jus patronatus habentes falsa persuasionem imitantur.

Item sunt et quaedam civitates, quibus competit jus praesentandi ad plura beneficia, quae tamen neminem ad ea praesentare, nisi eum, qui pauperibus vel ad pias causas certam summam pecuniariam elargiatur, quam tandem illi ipsi in alienos usus convertunt, deinde etiam sacerdotes et beneficiatos adiungunt, ut publico instrumento repromittant se nemini nisi in manus patronorum beneficia sua resignaturos. Qui quidem articulus ad gravamina provinciae Salceburgensis haud incommode referri poterit.

Huic proximo articulo connumerari debent, qui domos et praedia sacellorum, ad quae habent praesentare, sibi ipsis vendicant et in prophanos suos usus convertunt, detestabiliores reliquis omnibus sunt, qui sacella et pia loca, quae in privatis aedibus habent, demoliuntur et in formam cubiculi aut conclavis convertunt, redditus eorundem rei familiari connumerando, qui quidem omnes merito tamquam spoliatores sacrilegi ad restitutionem rerum ecclesiasticarum cogi optimo jure possent et deberent, prout etiam fieri

optamus et desideramus. Dolentér referimus in nostra diocesi atque adeo civitate Ratisponensi, qua sedes nostra episcopalis existit, inveniri quosdam, qui forte propter delictum in legem conjugii repudiatis suis uxoribus senatu alias super inducere ausi sunt, prioribus uxoribus adhuc superstitiis. Adhuc multi reperiuntur utriusque sexus homines qui in prohibitis gradibus matrimonium contraxerunt, puta in secundo et tertio consanguinitatis, affinitatis et cognationis spiritualis numerosa prole ex eisdem susceperunt.

Item multi in conjugio constituti, qui confirmationis sacramentum non receperunt, in his casibus opus esset indulto aliquo apostolico vel, quod idem valet, decreto concilii, pro quo nostri licitabunt.

Quemadmodum procul dubio determinabitur in consultatione universali, conjugium sacerdotum etiam bigamorum, cum quo articulo bene jungerentur, superiores abusus, nempe qui duas uxores duxissent, aut qui in prohibito gradu contraxissent, verum ad scandala tollenda, optamus pro nostra Diocesi in similibus casibus peculiarem quandam dispensationem. Ex quo de dispensatione apostolica ex causis supra adductis non abs re fortasse esset, si nostri consilarii inquirerent, num ad certos annos, vel ad certum numerum personarum concederetur nobis tanquam ordinario indultum etiam in mense apostolico, conferendi beneficia curata et cum his canonicatus et praebendas tam collegiatarum quam cathedralis ecclesiae nostrae Ratisbonensis simulque uniendi beneficia, quaecunque et qualiacunque, propterea quod non sint competenter et fundata et dotata, quando haec et similia videmus hodie per secularem potestatem fieri, quae solet etiam curata beneficia in eodem mense apostolico quibusvis conferre, idque ex avita quadam successione consuetudineque vel etiam ex indulto apostolico sibi licitum esse affirmantes, quae quidem privilegia, si modo eis concessa sunt, multo justius ordinariis concederentur. Hoc in loco nostro desiderio cumalata satisfaceret, si in eodem mense saltem eas ecclesias nobis capituloque nostro conferre daretur, quarum jus patronatus citra exceptionem nobis ac illis competit.

Quam enormes vero excessus circa ecclesiarum et beneficiorum possessiones dandas hodie contingant, neminem existimamus ignorare. Illud tamen novum atque nuperrimum inventum est, quod seculares triplicem pecuniam pro possessione reale danda exigunt. Prima datur principi terrae, secunda praefecto, sub cujus jurisdictione principali jacet ecclesia, tertia alteri praefecto, sub cujus praefectura est domus dotis, qui duo habent subpraefectos et scribas, quibus omnibus cum eorum comitibus praeter ingentem pecuniam dandum est prandium longe lautissimum ac sumptuosissimum, quo fit, ut expensae unius ecclesiae pro possessione accipienda ad triginta aut quadraginta et plures florenos assurgat, quae non minima causa videtur, cur tam pauci hodie ad sacros clericorum ordines adspirare velint.

Praecedentibus dispensationibus non incommode annecteretur dispensatio super aetatis legitimae defectum, quod ad augendam religionem pietatemque hominum cum primis conducere videtur, praesertim illis concedenda, qui magno desiderio initiari cupiant sacris ordinibus; nam cum multa messis sit et operarii pauci, optamus eam nobis dari facultatem, ut a vigesimo aetatis anno usque ad vigesimum quintum inclusive cum ordinandis usque ad revocationem summi pontificis dispensare nobis liceat; videmus enim fere fieri, ut eruditio atque industria suppleat quandoque aetatis defectum, nos tamen in tanta necessitate non audemus inconsulto pontifice maximo sanctorum patrum decreta antiquare.

Quoniam nostri tanquam ordinarii plurimum referre videtur, ne propter quorundam etiam exemptorum praelatorum malam administrationem et bonorum ecclesiasticorum alienationem monasteria pessumdentur. Jubemus ut nostri legati statum et administrationem duorum illorum monasteriorum sancti Jacobi et prioratus apud sanctum Petrum consecratum hic Ratisponae Ordinis

S. Benedicti ad scoticam nationem spectantia ad praesidentes quam primum referant, atque consilium maturum capiant.

Praeterea est in Dioecesi nostra monasterium sanctimonialium Ordinis Praedicatorum cognomento Pettendorf ad sesquimiliare Ratispona distans, quod cum fuisset sub ditione illustrissimi principis Ottonis Henrici comitis Palatini Rheni et Bavariae ducis, omnibus monialibus potestas facta est exeundi claustra monasterii sui, quae cum exivissent, prefatus princeps omnes fere decimas, sine quibus antedictum monasterium redintegrari et restaurari non potest, in perpetuum vendidit et alienavit, reliqui vero fundi census et redditus ad ipsum monasterium spectantes sacra caesarea majestas, cum potitus ducatu fuisset, dono dedisse fertur Reverendo Patri Domino Petro Zoto summae Majestatis confessori pro erigendo publico gymnasio seu schola Tiligensi ad Reverendum Cardinalem Augustensem pertinente, quod ideo hic narratur, ut cum de restitutione bonorum ecclesiasticorum in concilio tractabitur, hujus quoque monasterii ratio habeatur, de quibus decimae praediales magni alioquin valoris minimo tamen pretio venditae et alienatae sunt. Reliqua, quae cum ad rempublicam christianam universalem, tum hanc nostram Ratisponensem reformandam, augendam et conservandam pertinere et expedire videbuntur, nostrorum oratorum prudentiae, sagacitati atque adeo integritati fideique committimus. Datum Ratisponae pridie Nativitatis Domini. Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.